



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXLV. Albrecht, Markgraf von Brandenburg, vereignet dem
Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow einen Hof mit vier Hufen im Dorfe
Starsow, am 17. Juli 1287.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

presentes literas in euidens testimonium desuper conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Hujus rei testes sunt etc. Datum Angermunde, anno domini M. CC°. LXXXVII°. in festo natiuitatis beati Johannis baptiste.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Cabinets-Archives Cod. 4 in quarto Bl. 55. Bgl. Gerken Cod. I, 244.

CCXLV. Albrecht, Markgraf von Brandenburg, verzeiget dem Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow einen Hof mit vier Hufen im Dorfe Starfow, am 17. Juli 1257.

Nos albertus, dei gratia marchio Brandenburgensis, omnibus cristi fidelibus, ad quos presentel peruenerint, salutem in domino sempiternam. Humane fragilitatis condicio eo infirmitatis iugo premitur, vt rite gesta quantotius deleat obliuio, nisi scriptis autenticis fuerint perhennata. Notum igitur facimus tam presentibus quam futuris, recognoscentel perpetuo in hiis scriptis publice protestando, quod nos curiam in villa Starfow, que fuerat hincrici dicti Nyzel et heredum suorum, cum quatuor mansis, adiacentibus supradicte curie, Comendatori curie Myrowe ac fratribus domus hospitalis Jerosolymitani sancti Johannis cum aquis, pascuis, lignis, agris cultis et incultis, cum omni utilitate, libertate, proprietate ac pleno iure donamus perpetuo possidendam. Volumus eciam, quod ab illo, quod vnrecht proprie dicitur, libera maneat curia supradicta et ab omni vexacione et molestia, quibus per nostros officiales gravari poterit, sit exempta. Insuper ab omni exactione precaria (sic) ipsam curiam reddimus absolutam, nobis nichilominus de talento quolibet in festo beati martini annis singulis persoluendos duos solidos denariorum Brandenburgensium referuando. Vt autem premissa per nos et heredes nostros inuiolabiliter perpetuo obseruentur, presentel impressione nostri sigilli tradidimus consignata in memoriam sempiternam, adhibitis testibus infrascriptis, vt Ludolpho de plote, henrico et friderico soneke, friderico et Chotemar dargaz, henrico de Lankow tunc temporis aduocato, Bernardo de peccatele et quam pluribus aliis fide dignis. Datum Wizftoc, Anno domini M°. CC°. LXXXVII., in die alexii confessoris.

Nach dem Originale des K. Geh. Cabinets-Archives, Joh. Orden K. IX, Nr. 14.

CCXLVI. Papsst Nicolaus IV. erklärt die Ehe des Herzogs Heinrich von Schlesien mit Mathilden, einer markgräflichen Prinzessin, ihrer Verwandtschaft ungeachtet, für legitim, am 23. October 1288.

Nicolaus etc. Venerabili fratri Brandenburgensi et Auelbergenfi Episcopo etc. Significarunt nobis dilectus filius Nobilis Vir henricus Dux Slezie, dominus Wratiflaue, ac dilecta in cristo nobilis mulier Mehtehildis, qui quarto sunt, consanguinitatis gradu coniuncti, cum inter homines terrarum ipsorum grauel inimicitie exorte fuissent, ex quibus hinc inde uastationel terrarum, aliaque dampna rerum, necnon et personarum, et etiam animarum pericula prouenerunt; Idem Dux attendens, quod per matrimonium inter ipsum ac dictam